HIERONYMUS

Zwettl (Frankreich/Burgund), um 1200 Seite 96r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31650
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift



dos odit. & cito ei nausiam faciunt. Cui plus
dimittitur. plus diligit. Meretrix illa que in
euglio baptizata lacrimis suis. & crine quo mul-
tos ante deceperat. pedes dni tergens saluata e.
n habuit crispantes mitras. nec stridentes cal-
ceolos. nec orbes stibio uulgi natos. Quanto fedi-
or. tanto pulchrior. Quid facit in facie xpi-
ane purpurissus & cerussa. quoz altm ruborem
genarum labiorumq; mentitur. altm candorem oris
& colli. Ignis iuuenum. fomenta libidinum. im-
pudice mentis indicia. Quomodo flere potest
pro peccatis suis. que lacrimis cutem nudat.
& sulcos ducit in facie. Ornatus iste n dni e.
uelamen istud antixpi e. Qua fiducia erigit
ad celum uultus. quos conditor n agnoscat.
Frustra obtenditur adolescentia. etas puella-
ris asseritur. Vidua que marito placere desi-
uit. & iuxta aplm uere uidua e. nichil habet
necessarium. n perseuerantiam. Meminit
pristine uoluptatis. scit quid amiserit. quo de-
lectata sit. Ardentes diaboli sagitte. ieui-
niorum & uigiliarum frigore restinguende sunt.
Aut loquendum nobis est ut uestiti sumus. aut
uestiendum ut loquimur. Quid aliud polli-
cemur. & aliud ostendimus. Lingua personat
castitatem. & totum corpus prefert impudi-
ciciam. Hoc quantum adhibitum pertinet & or-
natum. Ceterum uidua que in deliciis est.
n est meum dictum s; apli. uiuens mortua e.
Quid sibi uult hoc, quod ait uiuens mortua e.
Viuere quidem uidetur ignorantibus. & n ee
peccato mortua. s; xpo quem secreta non
fallunt, mortua e. Anima enim que pecca-
uerit. ipsa morietur. Quorundam hominum
peccata manifesta sunt. precedentia ad iudicium.
quosdam autem & subsecuntur. Similiter & facta
bona manifesta sunt. & que aliter se habent.
abscondi non possunt. Quod dico istimodi est.
Quidam tam libere peccant. & palam. ut
postquam eos uideris. statim intelligas peccatores.
Alios autem qui callide occultant uicia sua.
ex sequenti conuersatione cognoscimus. Simi-
liter & bona, apud alios in propatulo sunt. in
aliis longo usu discimus. Quid ergo necesse est
nos iactare pudiciciam. que sine comitibus
& appendiciis suis. continentia & parcitate.
fidem sui facere n potest. Apls macerat
corpus suum & anime subicit impio. ne
quod aliis precipit ipse non seruet. & adolescen-
tula feruente cibis corpore. de castitate secu-
ra est. Neque u hoc dicens contempno cibos.
quos creauit ds ad utendum cum gratiarum actio-
ne. s; iuuenibus & puellis incentiua assero
ee uoluptatum. Non ethtiei ignes. non
uulcania tellus. n uesciuus, & olimpus, tantis ar-
doribus estuant. ut iuueniles medulle, uino
plene & dapibus inflammate. Auaricia cal-
catur aplerisq; & cum marsupio deponitur.
maledicam linguam, indictum emendat silen-
tium. cultus corporis, & habitus uestium unius
hore spacio commutantur. Omnia alia peccata
extrinsecus sunt. & quod foris est. facile pellitur.
sola libido insita adeo ob liberorum procreationem.
si fines suos egressa fuerit. redundat in
uicium. & quadam lege nature in coitum gestit
erumpere. Grandis ergo uirtutis est. & sollicite
diligentie. superare quod nata sis, in carne n
carnaliter uiuere. tecum cottidie pugnare.
& inclusum hostem argi, ut fabule ferunt,
centum oculis obseruare. Hoc est quod aplus
uerbis aliis loquebatur. Omne peccatum quod
fecerit homo, extra corpus e. qui autem forni-

96